



Hg. 13

DISPUTATIO MORALIS  
 DE  
**TEMPERAMENTORVM IN ACTIONES MORALES**  
**INFLVXV.**

Quam

B. C. D.

IN REGIA FRIDERICIANA  
 RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
 SERENISSIMO PRINCIPTE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WILHELMO**  
 PRINCIPE BORUSSÆ, MARCHIONE BRAN-  
 DENBURGICO, &c. &c.

*Benevolo Facultatis Philosophicæ Consensu*  
 PRÆSES  
**M. THEODORVS IOHANNES**

*Seelmann/*

Hackeb. Magdeburgicus,

RESPONDENTE

**EMANVELI CHRISTIANO AmEnde/**  
 Hallens.

Placidæ ac sobriæ Eruditorum συζητήσει submittit

Anno cīcocoxxiiii.

d. Octobr.

---

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.

DISPUTATIO MORALIS

DE  
TEMPERAMENTO  
IN ACTIO  
NES MORALIS  
INFILIA

IN REALE FESTIVITATI  
RECEPTORE MAGNIFICENTIAE  
DURRERIENSIS COMMUNICANTIA  
PRINCIPIS BORGESIANI MARCHIONIS  
DANICAE CLODOVI

M. THEODORAS JOHANNES

EGERTINUS

H. KEPPEL. MISERICORDIA  
RATONALIA

EMANUELI CHRSTIANIUS MCGREGOR

H. H.

PLACIDE AC JOPPIUS EQUITIBUS ET CLAVES IN PUGNA  
VANIS VITIOSIS VITIA  
V. O. O.

J. A. C. CHRISTOPH. ANDREAS MUELLER. V. 1711.





THES. I.

**L**E causis virtutum moralium immediatis, deque iis, quæ solo ex animo pendent, multi multum & multa scripserunt, variis varie & varia tractarunt, de ea autem quæ ex addito hominis temperamento fluit pauca pauci tradiderunt.

THES. II.

Quamuis autem hæc doctrina tam neglecta & ignorantiae tenebris immerfa reperiatur, manet tamen nihilo feci- us consideratio temperamentorum moralis nobilissima, præstantissima, & Ethico imo cuius homini qui suas actiones

A 2

pru-

III

prudenter instituere cupit, ne quaque  
infuper habenda sequentes præsertim  
ob causas. Primo ut homo cognitione  
sui ipsius perducatur in cognitionem,  
amorem & cultum sui Numinis, quod  
eum fecit, temperamenta dedit, iisque  
semina virtutis cum aptitudine ad bo-  
nos mores insparsit. Secundo ut ipsos  
affectus ex temperamento & inclinati-  
one sua naturali surgentes atque per-  
turbatos eo maturius feliciusque intra-  
gyrum rectæ rationis cohibere posse,  
ne in animæ humanæ republica tumul-  
tuentur seditionis isti ciues, nec volunta-  
tem e folio regali deturbent. Tertio ut  
firmiori in arte physiognomica nitatur  
fundamento, quæ ipsa non curiosa per  
se est ac temeraria aliorum morum &  
sensuum indago, sed multis erga multos  
tum honesta tum necessaria.

TH.

ibor iasid  
THES. III.

Cæterum de temperamentis, mora-  
liter spectatis, acturi physico foro lu-  
bentes renunciamus, atque quæ de tem-  
peramenti vocis Etymologia, Homony-  
mia, Synonimia, numero ac definitio-  
ne notari commode possent, præsup-  
ponere impræsentiarum, quam repe-  
re, malumus.

THES. IV.

Influxum itaq; ipsum quod attinet, colli-  
gitur is ex eo, quod mores vel actiones  
morales nihil aliud sint, quam perturba-  
tiones siue bene siue male formatæ; De-  
inde quia perturbationes, cæteris pari-  
bus, ex propensione naturali, quæ im-  
mediate ex corporis sic dicto tempera-  
mento fluit, exsurgunt, temperamenta  
deniq; ipsa varia & diuersa, variæ eæque  
diuersæ actiones & mores sequuntur.

THES. V.

Ex hoc principio sapientissimus se-

A 3

nex

nex Hippocrates Lib. I. de Diæt. prodidit: Quando in corpore elementa temperamentum acceperunt, sapientissimi fiunt. Et summus Aristoteles in 6. moral. Nicomach. cap. xiii. Nobis per naturam quodammodo infitos esse mores, quatenus nonnullæ propensiones, igniculi & tanquam semina futurorum morum in pueris inspiciuntur. Quæ semina considerantes Lacedæmonii præcipiebant, pueros illi soli vitæ generi esse destinandos per disciplinam, cui per naturam & interna semina primo destinati iudicarentur, memores huius:

*Nihil invita facies dicesne Minervæ.*

Quoniam, ut experientia docet, nos, dum operamur cum con spiratione naturæ internæque propensionis, longe facilius & rectius operari, quam, dum naturam habemus aduersam, secundum illud:

*Naturam expellas furca, tamen alio recurret.*

THESS. VI.

Hinc porro ad amorem sanguineos,  
ad iram biliosos, ad tristitiam melan-  
cholicos, ad metum phlegmaticos pro-  
cliues & aliis aptiores esse toto die vi-  
demus.

THESS. VII.

Imo obseruamus, ex varietate ætatis,  
climatis, alimentorum seu victus varios  
confurgere mores: Cuius rei ratio alia  
non est, nisi quod singula enumerata  
connexionem intimam habent cum  
temperamento, quod in mores influit.

THESS. VIII.

Rem ita sese habere atque diuersos  
mores & actiones ex diuerſa prodire  
ætate, produnt pueri, iuuenes, viri &  
fenes. Pueri fane imperfectas, mobiles  
in constantesque edunt actiones, sunt  
proni ad iram, quam tamen non feruant  
diu, iuxta poetæ:

Gestit paribus colludere, & iram

Colligit ac ponit temere, & mutatur in horas.

Veneris motus non sentiunt neque agnoscunt, reliquus tamen voluptatis & doloris sensus illis, ni solus, saltem maximus, inest. Quæ omnia fluunt ex temperamento, & pueris ob exuberantem calorem & humiditatem propria sunt.

THES. IX.

Quod vero nunc supponimus pueritiam sequentibus ætatibus esse humidorem calidoremque, præterquam quod res indicat, Galenus de temperamentis monstrat. Vbi probe notandum, hæc in vniuersum de moribus, qui ætatem puerilem sequi solent, dicta esse; Si ictlicet ipsam per se consideremus. At vero ratione peculiaris temperamenti, huius vel illius pueri, ætas in certis actionibus aut parum aut nihil contribuere potest. Quod & de cæteris ætatis observatum velim v. g. puer longe abundans humiditate supra caloris proportion-

portionem, obtusas cupiditates & hebetudinem ingenii patitur: Verum in proxime succedente ætate, in qua humiditas exsiccatur magna ex parte, cupiditates aperiuntur & acuitur ingenium.

THES. X.

A pueris ad iuuenes nos conuertimus. Calidi hi sunt, pueris tamen sicciores, maioris itidem & robustioris iræ, quam illi. Feruidiores ex eiusdem caloribus & siccitatis mistura in Venerem, quippe qui sanguine abundant. Pecuniae non cupidi, sed ut plurimum liberales; calor enim temperamenti in sanguine dispositionem frigiditati contraria inducit: inducit autem frigiditas auaritiam, de qua infra de senibus plura. Quæ amplius temperamentum iuvenile sequi solent Horatius poeta frequentibus comprehendit:

*Imberbis iuuenis tandem custode remoto*

*Gaudet equis canibusq; Caprici gramine campi,*

B

*Cereus*

*Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,  
Vtilium tardus prouisor, prodigus eris,  
Sublimis cupidusq; Gamata relinquere pernix,  
Confer II. Rhetic. Aristot. de moribus  
iuuentutis.*

THES. XI.

Viri, medii inter iuuenes & senes, me-  
diocri & temperatori utuntur tempe-  
ramento, ex quo sedatores surgunt ac-  
tiones. Calore enim iuuentutis excedens  
tum temperatur, & frigiditas lene&tutis  
abest. Non ideo vir, vt puer & iuuenis,  
effertur ad excessum; neque, vt lene-  
ctus ob frigiditatem, lenta est & iners.  
Inde ambitio, animositas, ingenii vigor,  
ad agendum promptitudo, superbia &  
fortitudo hac in ætate regnare solent,  
quarum hæc a viro nomen accepit ἀνδρεῖα  
πότερος ἀνδρός.

THES. XII.

Senes contra, pusillanimi, timidi, a-  
vari & misericordes existunt ob nimiam  
frigi-

frigiditatem, humorum crassitiem &  
languinis defectum: misericordes exi-  
stunt propter imbecillitatem, eo quod  
omnia ad patiendum vicina esse putant.  
Rem acu tetigisse videtur de sene ita  
canens, Horatius:

*Querit ē inuentis miser abstinet ac timet uti:  
Vel quod res omnes timide gelideque ministrat.  
Dilator: spe longus: iners, audiisque futuri:  
Difficilis: querulus: laudator temporis acti  
Se puer: censor castigatorque minorum.*

Cuius rei caulas ex temperamento flu-  
entes, adducit ac deducit Aristoteles  
II. Rhetic. cap. XII. de moribus senum;  
cui quidem Horatius contradicere in  
supra positis videtur imo repugnare,  
sed facile conciliari posse quis dubitat?

THESES. XIII.

De climatibus idem quod de ætati-  
bus, sentiendum. Quamuis enim æta-  
tes, quæ magnam corporibus inferre so-  
lent differentiam, mutent hominum

mores actionesque, curiosa tamen est obseruatio ratione plagarum & clima-  
tum orbis non modo corpus organi-  
cum, sed penitus mores & animos po-  
pulorum mirifice inter se differre. Ita  
Aristoteles in vii. de Republ. compa-  
rants Græcos cum Asiaticis & Europæis  
affirmat, nationum, loco distantium,  
varios esse per naturam mores. Nec non  
Plato, cum in Tim. tum in v. de legibus:  
Locorum differentias ut plurimum con-  
ducere generationi hominum vel meli-  
orum vel deteriorum.

THESS. XIV.

Hinc nationum aliæ dicuntur  
fortes & animofæ, ut: Septentrionales,  
quarum præcipue Dani, Norwegi, Sue-  
ci, Lithuani, Liuoni, Moscowitæ, Angli,  
Scoti. Quemadmodum enim metus o-  
ritur ex minori sanguinis copia & spi-  
rituum inopia; ita propter ingens corpo-  
rum robur, sanguinis copiam & vires  
vnitas,

vniuersitas, fortis & animosæ sunt hi populi.  
Aliæ minus bellicosæ, timidæ, libidinosæ, scilicet quæ contrarias tenent regiones, vt Australes.

THES. XV.

Non parum denique ad mores & actiones hominum conducunt cibus & potus, qui temperamentum haud leuiiter alterant. Quatenus enim cibus & potus pro suis qualitatibus caliditate, frigiditate, siccitate & humiditate bilem, sanguinem, pituitam, melancholiam ingnunt, augent, vel promouent, eatenus ad mores pertinent; Cum propensio nem naturalem valde adiuuent, humorresque per vibras & vasa fluentes accendant, & in massa sanguinea occulte quasi latitantes ebullitiones inflamment.

THES. XVI.

Ex quo constat, minus lobire & iuste Philoponum in Proœmio de anima, in expositione XIV. dixisse: Ab vniuersi o-

B 3

pifi-

pificii constitutione infundi in tali temperamento rationes harum perturbationum iuxta meritum vniuscuiusque animæ rationalis. Nam affectiones animæ & mores non infunduntur ab externa causa, sed prodeunt ex anima & corpore in distincto genere caulæ.

THES. XVII.

Demum addo, quod temperamenta in actiones morales non influant ut causa adæquata, sed instar materiæ saltem, causæ inadæquatæ, calcaris & instrumenti: Nec necessario quidem, verum tamen contingenter; cum in voluntate ac arbitrio hominis positum sit, inclinationes naturales, a temperamento corporis ortas, auertere, supprimere, & in ipsa quasi herba extinguere.

THES. XVIII.

Quod Socrates suo comprobauit exemplo, quippe qui vi temperamenti ac motuum inde naturalium in omne vitium

um procliuis, sed recta ratione ita postea emendatus atque correctus fuit, ut discipuli eius non sine stomacho quempiam, ex lineamentis corporis ita de eo coniectantem, iniuriæ, viro optimo factæ postularent. Quos tamen ipse Socrates compescuit, talem se per inclinationes prauas futurum vtique fuisse nisi disciplina ac institutione bona eas emendasset, ingenue confessus. Hinc Aristoteles in VII. de Republ. scribit: Homines fieri probos, natura, ratione & aſſuetudine.

THES. XIX.

Ex hisce theſibus breuiſimis conſpicuum eſt, quomodo temperamenta in mores & actiones hominum influant. Subſiſtimus hic atque commentatiunculae noſtræ de temperamentorum in actiones morales influxu, quæ quidem ob materiæ elegantiam prolixiorem deductionem vtique meruiffet, ſed ob tem-

temporum iniurias & alias causas non  
licuit, finem imponimus & statim sub-  
iungimus, quæ sequuntur

## COROLLARIA.

I.

**S**cripturam S. pro principio cognoscendi in Philosophia  
agnoscere, est disciplinas ipsas confundere.

II.

Logicam dicere partem philosophiæ, est eandem ex  
philosophia eliminare.

III.

Finitum esse capax infiniti non est contra naturam.

IV.

Qualitates rerum naturalium occultæ plurimis sunt  
ignorantiae asyla.

V.

Visibile ipsum non est visibile, sed species visibilis  
tantum est visibilis.


VI.

Historia non tam est res memoriæ quam iudicii.

VII.

Bonus philosophus non est male moratus qui est.

S. D. G.



He 2014

(1)

Retro ✓



VD 1700

TA-ZOL | A1





24

DISPUTATIO MORALIS  
DE  
**TEMPERAMENTORVM IN ACTIONES MORALES**  
**INFLVXV,**

Quam  
B. C. D.

IN REGIA FRIDERICIANA  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPTE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WILHELMO**  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENBURGICO, &c. &c.

*Benevolo Facultatis Philosophicæ Consensu*  
PRÆSES  
**M. THEODORVS IOHANNES**  
**Seelmann/**  
Hackeb. Magdeburgicus,  
RESPONDENTE  
**EMANVELI CHRISTIANO Am Ende/**  
Hallenf.

Placidæ ac sobriæ Eruditorum *συντήρει* submittit  
Anno ccccxxiiii.  
d. Octobr.

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.

